



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

5. De numerica distinctione & pluralitate Angelorum de facto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

5. Genus item & differentia specifica, ac species infima, & differentia individualis partes, vel speciem, vel individuum confluentes sunt: ergo implicat differentiam individualement cum specie, vel specificam cum genere formaliter metaphysice identificari aequè, ac identificari physice partes componentes physice eorum quatuor, in quavis linea, est veritatisque est; quia compositio, in quavis linea, est differentiarum extremorum coniunctio: quare nequit eorum in quavis linea identitas esse, aut cogitari, quin eorumdem in ea linea identitas, ac diversitas, simul contradictorie sit, & cogitetur. Arguit denique Quiros sect.3. num.31. quia Raphael, & Michael plus quam eccitate different essentia sua, nempe specifica differentia, & similitudine: ad differentia, & dissimilitudo, hæc nequit esse omnium minima specificæ: quandoquidem quavis dissimilitudine, & differentia specifica assignata inter species duas maior, & minor proportionaliter, & geometricè potest assignari: vt inter hominem, & equum, & inter hunc, & leonem: ac proinde inter eorum species, innumeratas alias interiacere communis, & stata apud Philosophos est sententia; ergo Michael, & Raphael, non specie infima, (vt aduersarij volunt) sed amplius, specie nimirum seu genere intermedio necessario different. Sed hoc argumentum eandem habet difficultatem, & si Michael, & Raphael diuerso conceptu differentia specificæ ab individuali in suis speciebus constituuntur, vt eas infimas non esse probeatur: ac insuper in differentiis indiuiduantibus, atque indiuidiis, quia talibus, quorum alia alijs indiuidualiter perfectiora est conceptu suo indiuiduali (si in his inæqualitas perfectionis, (vt à pluribus satis probabiliter admittitur), admittatur. Respondetur autem pro omnibus species infimas rerum omnimodò, & aequales, nec alias alijs perfectiores; & dissimiles, superiore, quæ, & inferiores specificæ esse posse: sicuti, neque indiuidua indiuidualiter: idque est conceptu suo, & differentia specifica infima, vt indiuiduali habere: neque interea superiore, & inferiore speciem, vel indiuiduum assignari aliam, vel aliud alijs posse, siue indiuiduali, & specifica differentia infima, ab indiuiduali formaliter metaphysice differt (vt demonstrauimus) siue non differat, vt aduersarij volunt: communis autem sententia de possibilitate specierum infinitarum, inter hominem, & equum, superiorem, & perfectiorem, inter inferiores, & superiores imperfectiores, & perfectiores locum solummodo habet, non vero in aequæ perfectionis, & gradus specierum diuersis, quas ad præsentem questionem possibiles supponimus; ij autem possibiles negentur, quæstio de multiplicabilitate, vel immultiplicabilitate solum numerica Angelorum sui specie infima de subiecto non supponente erit. Cum species infima fit impossibilis. Data igitur à nobis argumenta firma censenda sunt, & ad quæ reliqua venire debeant (vt robur habeant) ab hoc authore, & alias excogitata, quæ idcirco, & vitandæ prolixitatis gratia omittimus. Fundamenta omnia aduersariorum ab auctoritate plus satis disiecta sunt. A ratione vero sunt debilissima, partim ex æquiuocatione abstractionis prædicatorum communium à materia, pro hoc statu immultiplicabilium indiuidualiter, quæ à materia logica est, & ad abstractionem naturæ Angelicæ, cum quæ ab aduersariis confunditur, ne patitis vmbra habet: quod item natura, Angelica Gabrielis non differat formaliter ab hæcæitate ipsius, (vt aduersarij assument), nec probant, nisi quia indiuidua rerum sumuntur necessario à materia, confusuram probationem habet à num.1. ad 2. includere, & assumptionem multis capitibus repugnans à num.3. denique speciem Angelicam in Gabriele non habere vnde limitetur: quare ipsum continere omnem perfectionem possibilem suæ naturæ, disiectum est numero primo. Habet enim indiuiduationem, quæ ita reuincit identitæ species, & natura Ange-

lica, vt, nec cum illa ad Michaelen (vñ è suo
conceptu possit) tranſite queat, limitetur: quia vt
ibidem diximus, indiuiduato vna nequit omnia
poſſibiles in ſe formaliter, & metaphyſice com-
nere, nec ſpecies vlla è concepta ſuo ſingulari-
tates omnes, imo, nec vnām quidē, vt videmus
proxime; ſed cum creata omnis natura ſit, nec
ſciplinã ſubſiſtens, & ad hoc ſuppoſitum, & ſing-
ulare determinata, ſed per aliud determinatã, per
hypotheſim, ſue ſingularē, & indiuiduam.
nem ab ipſa diuerſam, debet, vt ſap̃e S. Thomæ
ſupra rectius aiebat.

CERTAMEN V.

*De numerica distinctione & pluralitate
Angelorum de facto.*

Plures certe numero Angelos esse dogma fidei est in scriptura multis expressum, plures enim nominibus personabatur Michaelis, Gabrielis, Raphaelis, & alius, tam bonorum Angelorum, quam caecorum in scriptura nominantur; nomina autem personalia, non sibi propriorum, seu personarum, & singularium sunt: quemadmodum apud nos, Ioannis, Petri, Pauli, & illi pluri nomina. Nec valet nomina ista personarum, non esse, vt Petri, & Pauli nomina apud nos, sed specierum, vt apud nos homo, leus, equus, & canis, de eis enim ita nominatis, & expositis, locis motus, & operationes alius, ab aliis personarum, quae ab indiuiduis solummodo habent, extrinsecae possunt, non autem ab speciebus secundae, & praecise sumuntur, sed solum ratione indiuidui distinctius, cui realiter idemque infuso, & cui per se existentia, & operationes reales physicae rebus contingunt. Nec magis praefat. si testis, plura illi nomina personalia, non esse, sed officiorum, & numerarum, quae ab eodem indiuiduo Anglo, & habentur, & exercentur. Raphael enim medicum Dei & Gabriel Dei fortitudinem, & sic alia nomina Angelorum in scripturis nominata, iuxta vocem synonon significant. Nil inquam praefat. ita quia Michael, & Angeli eius cum Dracone, hoc est lactico, & Angeli eius pluribus cessasse in scriptura dicuntur: tursus Angelus vnus ex bonis Proportione videretur in agendis pro eius commodis colloqui legelo Proportione alterius resistere: ac denique ex Angelis obediens in loco suo steterunt multigregiores exobediunt, & sursus loco expulsi ac derubati: quae omnia eidem Anglo, eisdemque conuenire nulli nequeunt, vicinis multisque Angelorum cantium Gloria in excelsis Deo ac proinde indiuiduorum Chirilo nascente reuertentur quoque & victori plures ministrant, ab Evangelistis narrantur, & a Christo Domino Mathae, *An putas, quia non possum regere tantum numerum, exhibebit mihi pluraquam duodecim legiones Angelorum?* Vt pro me contra Iudaeos, & comprehensurum agmina carentem & Marcj, & Lucae 3. De monum legio hominum possident, & sufficiens, & postmodum ab eo electa Christi virtute decurrit. Daniel 7. *Milia millium ministrabant ei, & Apocalyp. millies centena millia assistebant ei, & Angelus millium numerum. 11. & audiui vocem Angelorum millium numerum in circuitu throni, & animalium, & seniorum, erat numerus vocum millia millium. Quam omnia quibus non, nisi ratione indiuiduorum, possint conuenire, vt nuper dicebamus.*

2. Obsecrari autem, difficultisque definita est, an in tanta Angelorum creaturum frequentia, non innumerabilis, singulos quique speciei ab aliis diuersae sit, ut nullus cum alio specie infima conueniat? An potius specie infima plures conueniant? An potius specie infima plures conueniant? in qua questione Doct.

Doctores censentes Angelicam naturam speciei infimae totam eorum, qui de facto sunt, multitudinem solo numero differentiam pati docent, omnes unius speciei infimae asserunt contineri, eos retulimus cert. 1. num. 1. Quibus fauent Patres ibidem recitati, contra vero Doctores, qui vel absolute, vel saltem connaturaliter immultiplicabiles numero sub eadem specie infima censabant ibi, num. 2. & 3. creatos omnes specie inter se differre docent, sed quoniam utramque opinionem, & fundamenta cert. 2. & 3. abunde dissecimus cum iis, qui & specie & numero sub specie atoma Angelos differre posse docuerunt versanda quaestio est utriusque partis possibilitate supposita. Certe nil pro alterutra parte firmum, ex scriptura, & patribus asseri potest: imo, neque ex scholasticis doctoribus plurimum. A ratione vero in iis, quae de solo Dei arbitrio pendent, discursus nostri plus, quam efficacia diuinationis habent, idcirco quaestionem hanc a nobis indefinitibilem scholastici aliquot non immerito reputant: in quibus Quirios supra sect. 3. num. 47. & Vazquez citato. c. 3. qui ideo eius decisionem omisit, secunda sententia, ait: quamuis Angelorum specie ab aliis de facto differre, cuius sententiae duo fundamenta à ratione sunt. Primum: quia ratio tota multiplicationis rerum de facto sub specie infima est, ne species aliqua ex productis in vniuerso pereat absolute, atque deficiat: quae locum in rebus, corruptibilibus solummodo habet, ac subinde incorruptibilium, & si sub eadem specie multiplicabilia absolute in plura individua sint, vnum tantum individuum productum de facto est: quia plura frustra (quod natura abhorret) & otiose producerentur, id quod in sole, luna, & Planetis experimur, & confirmant rationem, & exemplum, pro incorruptibilibus corporibus Aristot. 2. de anima textu 3. & 35. & Sanctus Thomas, prima parte, quaestione 47. articulo secundo, corp. dicens, *Videmus, quod in rebus incorruptibilibus non est, nisi vnum individuum unius speciei, quia species sufficienter conseruatur in vno.* Ergo speciei cuiusvis angelicae, incorruptibilis essentia sua, vnum tantum individuum, in quo proinde sufficienter conseruatur, productum de facto est. Secunda ratio, quia valde vniuersi pulchritudinem, ornatum, & perfectionem, ac summam Dei potentiam, sapientiam, & artem commendat, tanta tamque innumera specierum naturae angelicae varietate, & multitudine, quanta individuatorum eius est, naturam exornasse. Haec propositum, quia statim subiciendis tertiae, & nostrae sententiae rationibus satis refellentur, quin ex instituto dissoluantur.

3. Dicendum nobis est: sub quauis Angelorum creatorum specie indiuiduos aliquot Angelos dari; tamen, quot sub quauis eorum specie creati sint, nobis prorsus incertum, ac nulloatenus ab autoritate, nec eam fundamento à ratione (vt patet) sit nobis definibile. Ita maior, & potiorque Theologorum pars, qui quaestionem, ex instituto versant, ac definiunt. Molina noster, quaestione 30. articulo 4. in commentario conclusionem secundam, iuncta conclusionem 3. Sotius supra, cap. 12. Ioannes Praepositus, articulo 4. dubio vnico, versu dico 4. Attrigata citata disput. 4. lect. 2. numero 14. §. unde ergo post init. Ratio prima sit, quia in pluralitate, & specierum Angelicarum productum, indiuiduorum Angelorum intra quamuis pluralitas, etiam naturae pulchritudinem, & ornatum; quemadmodum in hortis, & pratis omnigeni floris indiuidua multitudo valde, & potius commendat, quam si omnes, & singula inuicem specie differrent. Facit quippe, cuiusque speciei perfectionem sensibiliorem subindeque & specierum varietatem, & differentiam: quod suo modo, & proportionem ad maiorem infensibilitatem (vt sic loquar) vel potius perceptibilitatem Angelorum, & specierum eius intelligibilitatem transferendum est. Secundo, cum Angeli in Dei, cuiusque aulæ am-

plissimæ ministros, & ornatum fuerint creati, atque ad creaturam regaliū aularum ornatum, & ministeriorum amplitudinem non sola diuersæ dignitatis Procerum, sed & æqualium multitudo spectet; ita etiam non solum specifica Angelorum diuersitas, sed, & eiusdem speciei indiuidua pluralitas ad ministeriorum, & aulæ summi imperatoris Dei splendorem, & amplitudinem spectabit. Vnde constat quantopere pluralitas hæc Angelorum in diuina ad Dei potentiam & magnificentiam ostendam, quantoque amplius conducit, quam si specierum singularum, singulos tantum Angelos creasset; quasi plures non posset malignæ adeo & curæ in sua aulæ & ministeriis, iuxta connaturalem Angelorum conditionem, disponendis prouidentie foret, vt singulis ministrum vnum tantum habeat connaturalem, & proportionatum, nequeatque alium ad ministerium aliquod eligere, quin dignitates naturales eorum confundat, quod inordinatæ, ac fordidæ familiæ Dynastæ cuiusvis, Regisve creari habetur.

4. secunda ratio sit quia, & si specierum corruptibilium, multiplicatio indiuiduorum necessaria ideo rerum vniuersitati sit, vt species, quibus natura constat, perpetuo, quandiu ipsa duret, seruentur; aliunde tamen multiplicari indiuidua specierum naturaliter possunt, multiplicantur, quæ etiam in speciebus incorruptibilibus, quando ad intentum naturæ opus vnum indiuiduum, non sufficit, sed eorum multitudine ad illud præstandum vel ad melius, faciliusque peragendum natura opus habet; quocirca, & si sol, luna, & planetæ, quia inrentis à natura operibus propriis singuli sufficiant, nec plures subinde eiusdem speciei fuerint; communium vero stellarum vulgus totum indiuiduum speciei distinctis constare est incredibile, ac sine vlla probabilitate; imo improbabilius dicitur: cum fixa ea omnia sint, nec sublatam orbem circumeant, qui earum influentiis, opus vbiq; habet, ac proinde noctu, diuque ab influxu in sublimitaria nullibi cessant, vt ideo luculenter Seneca de eis dixerit, 2. de benefic. c. 23. *utilitatem suam, sub specie stantis, atque immoti operis abscondunt; ita, quæ tamen, non aliter, quam in decorem, sparsa consideras, singula in opere sunt.* & corruptibilium, specierum indiuidua multo plura, quam earum conseruatione opus sit, ob alia munita, & fines naturæ, nec quidem, frustra, & otiose produci quotidie experimur: ergo, & si cuiusvis speciei angelicae perpetuitati satis sit indiuiduum vnum ad præfata munera, ultra superfluitatem omnem; imo magno naturæ commodo, quare naturaliter, & subinde de facto plura alia speciei eiusdem creata fuerint. Accedit videntius. Plures, ex creatis Angelos, & si non sibi Physice, nec suis speciebus perierint per peccatum, ni indiuidui quor, in celo, & beatitudine, ex quauis damnatorum specie peristerent, innumerarum penè specierum angelicarum, ex productis ornatu, & ministeria celo aulæ regie Diuinæ, deficerent, quibus primo condita, & ornata constabat: quod æque abiurdum est (ni forte maius) quam sublati orbi; & naturæ, vel vnam, ex his, quibus proximo constitit, speciem deficere; cuius vitandi gratia tot specie cuiusque corruptibilium indiuidua multiplicari recte, & philosophice fateris. Deficient item à salute, ad quam à Deo ordinatæ sunt per gratiam, totidem Angelorum species integre in nullo indiuiduo saluaretur, ni plures Angeli cuiusque speciei ipsorum adseribantur: quod, & si fieri à Deo, gloria, gratiaque efficacis Dominio non repugnet, factum vtro, vel circa vnam speciem integram naturæ rationalis, minus pie, ac fere impie diceretur, ex quibus omnibus, & scholasticorum autoritate longe maiore constat, conclusionem nostram longe esse probabiliorum, nihilque momenti fundamentis aduersæ sententiæ adesse.

5. Iam vero de numero præfate multitudinis Angelorum, sub specie quauis res nobis pure diuinationis est. Nec de tota eorum multitudine sub specie

Christoph. de Ortega, de Deo vno, Tom. II.

speciebus omnibus contenta prudentius, vero similisve numerus definitur, & si enim recitatis, locis, numero 1. ex Apocalypsi millia millium, & ex Daniele millia etiam millium esse dicantur; id tamen eorum determinatum numerum nequaquam designat, sed potius numeri determinati à nobis assignabilis præ eorum multitudine desperationem: ut communis interpretatio est, obferuatque noster Martinon. d. 36. de Angel. sect. 7. numero 61. atque, ex Danielis 7. satis claret, id solum, eo numero, significari cum statim numerum variat verbis: & decies centena millia assignabant ei: ad quæ Dionys. de celesti Hierarchia, cap. 14. Multi sunt beati exercitus supernarum mentium infimam, & confusam nostrorum materialium numerorum commensurationem excedentes; quod fieri haudquaquam potuit, si certus ac determinatus aliquis numerus ibi designaretur, nec solum innumerabilis eorum multitudo; ad Hebræos 12. significata etiam à Paulo illis verbis: Accessisti ad Hierusalem celestem, & multorum millium Angelorum frequentiam. Ac tandem Iob. 25. hoc habetur expressum verbis illis. Nunquid est numerus militum eius? ad quæ Greg. 17. Moral. cap. 9. Vi, qui Deo numerabilis est, hominibus innumerabilis demonstratur: quare iam est scholasticis Theologis commune, vnde reiciendus est Aristotel. qui 12. Metaph. cap. 8. ex variorum motuum celestium orbium obseruatione eos numero 47. contineri putauit; cum tamen ex aliis eorum, præter motum calorum, officiis ab ipso etiam non ignoratis eo numero excedere inferre facile poruerit, recensueritque lib. 4. de celo, cap. 9. sub finem cum vitra, ac supra cæli verticem substantias plures separatas beatam agentes vitam posuerit, ut obseruat Eugubius. 4. de perenni philosophia, cap. 2. quare de solis cæli motoribus eum numerum censuit, quocirca Rabbi Moyses sententia illius Aristotelica cum scriptura Concliator, & sequax, nec Aristotelem intelligit, ut vidimus, nec scripturam, putans Angelorum nomine homines etiam diuina nuntiantes, imo & virtutes rerum naturales absolute in scriptura intelligi, ut sic ex substantiis spiritalibus nu. 47. & hominum, ac virtutum, numero innumerus ille numerus constet; sed vbi nam virtutes naturales rerum in scriptura Angelos dici inueniet Rabbini? nec vllibi homines dicuntur Angeli absolute, sed solum vbi ex adiunctis officiis, non naturæ angelicæ rationem habere, denotari significatur; locis autem pro nostra conclusione datis, & innumeram Angelorum multitudinem signantibus, de propriis Angelis, non autem de similitudinariis est sermo, nec, nisi inepte esse posset, alioqui, & plures, & innumeri Dij possent absolute dici, si omnes, qui Dei perfectionem aliquatenus imitantur possent in numerum, cum Deo absolute censeretur, eumque cum ipso absolute constituere. De numero etiam non absoluto, sed comparatiuo, ad corporum omnium, vel saltem sublunarium, vel denique hominum, si de determinato comparatiue ad horum numerum, sit quæstio, non abimili diuinatione definitur, Plato apud S. Thomam, citat. quæst. 90. art. 3. substantias illas separatas, (quas ideas, & species rerum sensibilem dixit Angelos intelligere refertur, atque eo sensu videtur impugnat ab Arist. 1. metaph. text. 31. ac deinceps,) numerum specierum materialium, & sensibilem non prætergredi ait: quod ut pote falso innixum fundamento & sacris scripturis aduersum exultare ab scholis debet.

CERTAMEN VI.

De numero Angelorum comparatiue.

1. Sanctus Thom. proxime censet numerum Angelorum numero corporum omnium maiorem, citato Dionysij loco: & quia perfectiora ex creatis numero maiori creata à Deo sunt ob innumerabilem eo vniuersi perfectionem maiorem, ut in cælestium corporum excessiuam multitudinem respectu totius orbis sublunaris patet, quare, & Angelos corporis omnibus à Deo imperfectioribus, numero, & magnitudine, siue quantitate discreta excedere tenendum esse ei consentiunt Dominici Thomistæ, non vero interpretatione eadem. Caiet. cit. a. 3. & Ferrar. contr. gent. c. 92. non de num. indiuiduorum corporum omnium intelligendum putant quia ideo. S. Th. duobus locis citatis, & qu. 6. de potentia a. 6. & qu. 1. art. 4. excessum hunc respectu indiuiduorum corporum non dixit; sed naturarum corporum; quo nomine species, non autem indiuidua censentur: contra vero respectu numeri indiuiduorum, etiam corporum Thomistæ alij S. Thomam locum intelligunt: & sane eius rationi, & Dionysio, siquid probant, consequentiores etenim numero numerato excedere absolute nequeunt corporum numero, præsertim materiali, ut Dionysius ait in indiuiduorum numero (qui indiuiduorum, vel solus vel quicquid est, cum species abstractæ mente, & cogitatione fuerit, vel formaliter, vel etiam obiective non subsistant) corporibus creatis Angeli excedant. Ratio item à magnitudine, & quantitate continui cælestium orbium, quam sublunarium corporum longe maior, ad magnitudinem, & quantitatem discretam, & numeralem corporum omnium longe minorem, ad omnem, etiam indiuidualem, omnium corporum extenditur, & probat, si quid etiam probat. Sed nec auctoritas Dionysij, nec ratio firmiter probat conclusionem. Non auctoritas: quia Dionys. de numero numerato corpore nostro ad millia decena, centena millia, & vltique producta, non autem de numero numerato corpore, seu corporum numerato eorum solummodo loquitur: id enim Danielis locus, quem explicat, & ex quo sententiam præstatam deducit solum significat, ut vidimus: nempe Angelorum multitudinem præ sua multitudine esse à nobis innumerabilem, nec sub arithmetica nostram posse venire. Id etiam immediatior verbis Danielis textus Dionysij, recitato anterior, expressit. Multi sunt enim beati cælestium exercitus, qui infirmum, & contrarium numerorum corporum quibus vltimus, nihil sapient, & transiunt: atque scilicet definitur à sola eorum summa, cælestique intelligentia, qui ea feliciter conceditur, à diuina sapientia. Quibus postremis verbis Beatis etiam Angelis, Dei dono, suum numerum notum Dionysius ait, ut bene Albertus, & lincomiensis, & Vazquez iam citandus contra Hugonem victor.

2. Nec firmitior est ratio: etenim Deum in rerum creaturarum productione intendisse vultius perfectionem maiorem posituam (ut opus ad imitationem erat) pietatis affectu, quam vere rationis assumptionem, & fundamentum est: cum dubium non sit potuisse producere in mundo, quam produxerit, in specie quauis, quibus, quoad amplitudinem maiorem, perfectiorque mundus euaderet, & si non quoad intentionem, quæ neque plurium Angelorum numero augetur: & si autem maiorem perfectionem negatiuam mundi in rerum productione Deus intendat (ut scilicet nihil imperfectionis posituæ rebus productis inest, recte ratione in ipsis inueniantur, quidquamve debita perfectionis creaturis contra earum exigentiam, quatenus à Deo sunt, neque aduersa agentium, ac dispositionum contrariarum ex-